

De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodiêre

Complectens Sanctos Mensivm || Martii Et Aprilis

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10259

De Cyrillo Diacono & martyre.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77384](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77384)

DE S. CYRILLO MARTYRE.

443

qui partim pietate adducti, partim iniusta & inexpugnabili eius fortitudine moti, ampiorem etiam summam erogare pararent) tum vero liquidò declaratum est, cum non pro pecunijs, sed pro pietate certamen iniisse. An vero haec lenitatis & clementiae argumenta, an contra furoris & crudelitatis argumenta sint, nobis exponant, qui philosophum Imperatorem suspiciunt atque admirantur. Ipse equidem neminem fore existimo, cui iusta & vera sit defutura sententia. Necdum illud adieci, hunc ex ijs vnum fuisse, qui impurum illum & nefarium, tum cum genus ipsius totum periclitaretur, servabant, sicutimque subduxerant: quo etiam solo nomine meritò fortasse haec perpetiebatur, ac plura perpeti merebatur, quod tantum malum vniuerso terrarum orbi imprudens seruasset. Quo circà is, qui tum Praefecti munere fungebatur, his rebus commotus (quamquam enim religione gentilis, moribus tamen gentili sublimior erat, ac praelarisimis & laudatissimis tam veteris, quam nostrae memorie viris comparandus) multiplicem hominis excruciationem tolerantiamque non ferens, illud ad Imperatorem magna cum animi libertate dixisse memoratur: An non pudet nos, Imperator, vsque adeò Christianis omnibus inferiores esse, vt ne seniculum quidem vnum superare queamus, idque per omnia tormentorum genera grassatum? & quem vincere haud magnum & honorificum, an non extremae calamitatis est, ab eo victos discedere? Ita ijsdem rebus, vt apparet, hinc Praefecti erubescabant, hinc Imperatores gloriabantur. His porro quidnam miserius, non tam patientibus, quam facientibus, contingere potuit? Atque Arethusiorum quidem facinus ad hunc modum se habuit, vt iam parua sit Echeti & Phalaridis crudelitas, si cum illorum immanni sauitia conferatur, vel eius potius, quo auctore & impulsore haec committebatur: siquidem seminis sunt germina, & venti naufragia. Hactenus ex Nazianzeno. Porro Theodoreus lib. 3. cap. 6. Hist. Ecclesiastice, ait Arethusios tandem euictos, beatum virum dimisisse, cum eius admiratos fortitudinem & constantiam, tum mutata sententia, ad rationem vita penitus contrariam traductos: siquidem ex eius ore veram pietatem postea didicisse.

DE CYRILLO DIACONO ET MARTYRE,

EX HISTOR. ECCLESIAST. THEODORETI

lib. 3. cap. 6. interprete Ioanne Christophorono.



V AE maleficia hi, qui fallo simulacrorum cultu tenebantur obstricti, id temporis (sub Juliano Apostata) admisserint, quamquam permulta sunt, & opus separatum postulant, ego tamen ex multis pauca sumam mihi ad commine, morandum. Ascaloni & Gaza, quae sunt vrbes Palastinae, primum virorum sacerdotij dignitate exornatorum, & mulierum perpetuam virginitatem professarum ventres discindunt, deinde farciunt hordeo: ad extremum eos porcis deuorandos obiiciunt. Scabiae item, quae est vrbis ditio- ni gentis, de qua suprà dixi, subiecta, Ioannis Baptista tumulum aperiunt, ossa tradunt igni absumenda, & eorum cineres pañim dispurgant. Scelus autem ab illis in Phoenicia patratum, quis est quoquo, qui sine lachrymis possit commemorare? Nam Heliopoli, quae est vrbis Libano finitima, execrabilis isti gentiles, recordati facinoris Cyrilli Diaconi, qui regnante Constantino, diuino quodam zelo accensus, multa simulacra, quae in ea vrbe colebantur, confregebat, non modo eum interficerunt, verum etiam dissipato ventre, iecur eius degustare non sunt veriti. Verum Deum omnia contemplantem hoc celare non poterant, sed debitas sui maleficij poenas ei dederunt. Nam quotquot illius sceleris labe inquinati sunt,

Martij 29.

Sub Juliano
ut sauerire
gentiles in
Christianos

Cyrilli Dia-
coni horre-
da cædes.

Vltio cæ-
dis.

Dicione
Cyrilli Dia-
coni horre-
da cædes.

De

primum amiserunt dentes, qui pariter omnes ad vnum excidebant: deinde linguis perdididerunt, quae putredine tabefactæ, ex ore effluabant: postrem oculis orbati sunt: quorum calamitatis vera pietatis vis clare praedicata est.